

Geldorum Comitum, qui clara stirpe creatus,
 Plurima pro Christi fecit amore pius.
 Ille quod exstruxit Præcessor diruit Adis
 Summe, & magnificè reedificavit opus.
 Canobium hoc divi Petro Pauloque dicatum
 Condidit, Henrici Cesaris auxilio.
 Asylva pagoque * locum, qui nomen adeptus,
 Ordinibus sacris, primus habere dedit.
 Inclusit positus Padibornam mœnibus urbem,
 Et varijs auxilii publica jura modis.
 Clero alijsque bonis gratus, gratissimus astris,
 Hic cubat in medio dignus honore chori.
 * Bustorp, colleg. Canon.

DE B. MEINWERCI

Translatione, & ejus incorrupta casula.

Documenta ex actis Abbatum excerpta, verbis
 & sententia retentis.

AD miraculum usque memoria dignum est,
 quod casulam, seu pallium sacrum, quo anno
 Christi MCCCXXXVI. amictus sepultura traditur,
 ac humatur in crypta S. Stephani protomartyris,
 sub principali choro; atque ibidem trecentis, &
 quadraginta annis in tumulo quievit B. Meinwer-
 cus Episcopus; nec vermes, nec putredo totum
 absumperunt. Nam etiamnum in Monasterio po-
 stro hodie visitur: quin etiam singulis annis, quintâ
 die

Q 3

ATIV